

list. Germ. D.
278

PANEGYRICVS

CHRISTIANI ORBIS

SVMMO PRINCIPI

ET

INVICTISSIMO CAESARI

LEOPOLDO,

ROMANORVM IMPERATORI SEMPER
AVGVSTO, GERMANIAE, HVNGARIAE,
BOHEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, SLAVONIAE REGI,
ARCHIDVCI AVSTRIAEC, DVCI BVRGVNDIAE, STIRIAE, CA-
RINTHIAE, CARNIOLAE ET VVIRTENBERGAE, COMI-
TI HABSPVRGI, TIROLIS ET GORICII
AC RELIQUA,

DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO,

IPSO MAIESTATIS EIVS

NATALI DIE

HOC EST,
IX IVN. STILI NOVI 1595

IN ACADEMIA FRIDERICIANA
BRANDENBURGICA

SVBLECTISSIMA DEMISSISSIMAQUE DEVOTIONE DICTVS

CHRISTIANO VVILHELMO ^ADE KESSEL,
EQVITE SILESIO.



TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, ACAD. TYPOGR.

(Halae.)

list. Germ.
27,8.

1

PANEGYRICVS
CHRISTIANI CIBIS
TAMO PRACTICIS
UNIVERSITATIS GESSARI
HOPOLITO

ROMANORVM IMPERATORI SEMPER
VACATIO, GERMANAE HUTGARIAE,
CHOME, DACIAE, GORGIAE, TURKE REGI,
ARCHIDACIA VENETIAE, DACI BARBARIAE, DIRMIE, CA-
RINTIAE, CARINIAE ET AUSTRIAEC, COMI-
TATI HUPEGOR, TRICOLIS ET GORNOL
AC TETRA

DOMINO SUO IONGE CLEMENTISSIMO
THO MATESTAS EIS
ET LATALI DIE

XIII NOV 1525
IN ACADEMIA RHEGIANA
BRANDENBURGICAE
AVICENNAE DEMOCRATICA DISCITAS
FOUNT SILESIO.

HRANOM VNIHOM DE KESSEL

SLUB Dresden

Digitized by srujanika at 2012-07-06

http://digital.slub-dresden.de/id445711183/2



ORATIO PANEGRICA.



Vobis bonum felix faustumque
sit, huius diei lucem, quæ orbi
Christiano post diuinæ solenni-
tates festorum dierum lætabilis
semper & veneranda in primis
est, ea religione ac ritu, ut a ma-
ioribus traditum accepimus, pie, legitime, ac sub-
missæ celebramus. Ita enim instituerunt prisci
mortales, cordatisimi homines, ut illum diem,
quo in lucem editi essent, velut festum & solen-
nem inter familiares quisque atque amicos sin-
guli suos colerent, Deoque munus annale solue-
rent, cuius benignitate factum esse intelligebant,
ut suæ vel suorum ætati nouum quisque annum
possent adnumerare. Quæ quidem res, sicut iu-
stam rationem in priuatis & singulis habet, ut pia
mente reputetur, quot quisque beneficia superi-
ori anno vel sibi velsuis etiam acceperit, quæ cæ-

A lo de-

lo debeat,& ad gratias agendas beneficiorum auctori obstrictum se esse sentiat: ita profecto natibus magnorum Principum, quorum salute populorum salus & incolumentas continetur,id agendum maiori ritu ac religione est , quia quanto vniuersitas præstat singulis,tanto maius momentum ex illius prosperitate , qui omnibus præest, quam ex singulis ac priuatis hominibus pendet. Quantam nunc putatis officii rationem, auditores,nobis esse,quibus non Principis,qui sui similes atque pares habet, sed qui primas in Christiano orbe partes & summum inter mortales locum tenet, natalis dies agendus & pia religione celebrandus est. Hac enim luce,quod omnibus lætandum est,auspicatissimum diem ante hosquinquaginta quinque annos exortum esse gratulabundi recordamur, quo inuitissimus augustissimusque Imperator LEOPOLDVS & Rex multarum gentium,magnarumque regionum Dux atque Princeps supremus, tanquam carum pignus & cælesti munus, Christiano orbi & præcipuis Europæ terris diuinitus datus commendatusque fuit. Ex cuius auspicatissimo imperio quantum in Germaniam, Hungariam, & adiacentes regiones redundauerit commodorum, quum nemini nostrum possit ignotum esse aut ullo modo dubitatum; videtis,summi & splendiddissi-

dissimi auditores , quanta necessitas sit nostri officii, quanta etiam gratæ mentis obligatio , vt huncce diem religiosius quam alios,tanquam festum & solennem, transfigamus dicendo agendo que omnia,quæ fausti bonique ominis in tali solennitate ex prisca consuetudine haberi confuerunt. Antiqui moris erat, vt natali Principis die merum genio funderent, aliaque facerent differente,quæ a Christianorum pietate aliena sunt. Nos missis illis, quæ a morum sanctitate abhorre videntur,id agendum celebrandumque nobis suscipimus, quod pium & Deo gratum, & summo Christiani orbis Principi honorificum,& patriæ nostræ nobisque vniuersis salubre atque commodum esse existimamus. Deo fundemus preces,Deo vota præteriti temporis exsoluemus, & futuri noua concipiemos,gratias agentes,quod optimum Imperatorem per tot annos nobis conservauerit, imperium eius contra tot hostium insultationes tutum securumque præstiterit , idque per ingens spatum prouinciis nouis auxerit, aut restitutis potius,quæ maiorum ætate a barbaris ablata per vim atque iniuriam fuerant. Quod si patrum avorumque memoria huius generis solennitates etiam calamitosis temporibus non neglectæ aut prætermisssæ fuerunt , etsi clades plures quam victoriæ in iis numerarentur:quan-

A 2

to ma-

to magis nunc putatis, auditores, idem officii per-
agendum nobis esse, postquam tot victoriis, tot
tropæis atque triumphis imperium augustissimi
Imperatoris diuinitus auctum amplificatumque
videmus? Iustas itaque rationes vniuersa Germania,
& quæ adiacent, Hungariæ atque Bohemiæ
regna habent, cur diem hunc candidissimo calcu-
lo notent, & faustissimi ominis rebus atque gra-
tulationibus transfigant, Deumque votis atque
precibus fatigent, ut sacratissimum Caput Roma-
ni Imperii conseruet, victorias atque triumphos
augeat, & cum pacis stabilimento maiorem in di-
es felicitatem reducat. Hæ sunt communes rati-
ones, quæ vniuersos obligant sub felici imperio
tam victoriosi Principis atque Cæsaris agentes:
sunt etiam aliæ non quidem priuatae, quia ad mul-
tos pertinent, sed tamen minus communes caus-
æ, quæ hanc vel illam gentem aut societatem ex
pietatis legibus constringunt, ut quod omnes fa-
ciunt miro studio & submissa veneratione, cura-
tius & ipsæ & maiori solennitate perficiant. In qui-
bus nostram Fridericianam quoque esse, tan-
quam singularibus priuilegiis atque immunitati-
bus a benignissimo Imperatore ornatam, non est
quod admoneamini, auditores, quum fixum ani-
mo, memoriaque hæreat, neque vlla vnquam æ-
tas obliuioni datura sit, quantum beneficium su-
perio-

periori anno, aut paullo citius, a Cæsarea Maiestate Academia nostra acceperit. Non credo, quemquam vestrum esse, qui dubitet, iustis rationibus, quod laudo, officium inniti: illud vero etiam non incertum mihi est, plurimos fortassis esse, qui mirentur, si faciendum hoc die officium est, quid sit, quod, cum tot summi viri sedeant doctrina & ingenio clarissimi; ego potissimum surrexerim ad dicendum, qui cum iis, qui sedent, neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate comparandus sum. Fateor, cum ora & vultus vestros in me conuersos intueor., me grauiter vereri, quid de me ac conatu meo iudicaturi sitis. Dicendum enim est de summo Principe, quem orbis Christianus habet, & de gestis eius maximis, quibus nec excellentissimi oratoris ingenium sufficiat: dicendum etiam in illustri hoc eruditissimorum hominum conventu, qui singuli munus hoc, quod obiturus sum, & maiori dexteritate suscipere, & felicius, quam ego, perficere ac expedire possunt. Sed tamen sunt aliae & propriæ quædam rationes, quæ dubitantem me confirmant, vt, quod ingressus sum institutum, sine hæsitatione persequar. Patriam enim meam, Silesiam, potentissimæ Austriacæ Domui, arctiori nexu, quam ceteras Germaniæ partes, deuinctam esse, nem-

B

nem

38P

nem vestrum ignorare credo, cuius vel solius
caussa veniam mihi spero, quod ceteros præ-
stantiores viros officii solennitate anteuerunt.
Nota mihi benevolentia vestra, nota singularis
humanitas, per quam vtique futurum esse con-
fido, vt excusatio mea fortassis non reiiciatur.
At vero dum de vobis bene omnia spero, aliud,
idque maximi momenti superest, quod deter-
rere me a proposito possit. Vereor enim, ne
irreuerentior sacræ Maiestatis videar, dum de
magnitudine eius non quo decet sermone, qui
supra ingenium meum est, sed in culto & incon-
dito verba publice facturus sum. Esse hoc fa-
teor, quod maxime percellat animum meum,
vt timidius aggrediar, quod mihi nunc perse-
quendum video. Cum vero in animum indu-
co, quo maiores sunt Principes, eo clementiori
voluntate esse, quod de augustissimo Imperato-
re ita certum perspectumque est, vt in usitatam
eius indulgentiam omnes mirentur, omnes et-
iam tam subiecti imperio illius, quam exteri
quoque experiantur: vtique demississima ve-
neratione in hanc spem adducor, futurum esse,
vt Sacra Cæsarea Maiestas officium meum,
quamuis humile atque exiguum, non despiciat,
quia hoc clarissimum terræ sidus cælestium be-
nignitatem æmulatur, quorum hæc in doles at-
que

que natura est, vt nec in simis rebus suam lucem,
suamque vim & efficaciam negent, sed humili-
ma & que atque summa colluscent, foueant, con-
seruent, & ad maturitatem, cui destinata sunt,
suis quodque temporibus perducant. Magno-
rum itaque Principum, & in primis maximi, qui
Caput reliquorum est, magnam vtique, & hu-
ius, qui maximus est, maximam quoque ac pror-
sus singularem & in usitatam decet clementiam
est, qua in præsenti etiam fretus, quamquam
exiguo ingenio & mediocri apparatu instructus,
in illud munus ingredior, quod mihi, postquam
in hunc locum adscendi, necessarium nunc esse
ac ita impositum sentio, vt defugere illas partes
mihi amplius non liceat, sed persequendum sit
quod suscepi, quocunque etiam euentu fiat,
quem tamen, quum certus sim de maximi Imperatoris singulari bonitate, per vestram etiam,
auditores, benevolentiam non nisi benignum
atque facilem mihi promitto. Qui in Regum
Principumque laudibus tradendis versantur,
plerumque ita auspicari consueuerunt, vt gene-
ris origines, & antiquam nobilitatem ex alto tra-
hant, ac gloriæ insigne monumentum suis, quos
laudaturi sunt, inde arcessant. Ego vero, quod
aliis præcipuam laudationis partem dat, non at-
tingo, nec huius consilii mei veniam peto. Quis
enim

enim tam ignarus est omnium rerum, vt nesciat, Austriacorum præpotentem gentem ea antiquitate esse, vt non dubiis rationibus, per Habsburgicos Comites, ad Carolum magnum & altius originem suam referat, & tam inusitato splendore dignitatis, vt per quatuor secula augustos Imperatores, aut continentis serie, per plures, quam ducentos quinquaginta annos ex sese procreauerit. Iuniores Principes hæc consuetudo illustret, vt' maiorum gloria suam adaugeant, cum ex se per ætatis rationem nihil adferant, præter spem magnitudinis, cuius augurium ex ingenio capiendum est. Habet ex Maioribus suis insignem gloriam LEOPOLDVS, sed sua gloria ipse maior est & omnes Maiores suos & virtutis laude & fama triumphorum longe antecellit, cum tot bella cum Turcis gesta fuerint superiori & nostro seculo, sed nunquam felicius, quam auspiciis augustissimi LEOPOLDI. Ignoscant igitur magnæ Maiorum animæ, quod illorum gloriam, quæ itidem magna & mirabilis est, & saepe etiam laudata, nec posteritati silenda, in præsenti transeamus. Nam tantam in vna progenie LEOPOLDO, invictissimo Imperatore, invenimus, vt nec illi enarrandæ ingenium nobis aut dicendi facultas suppetat. Antequam vero istam ex tot bellis &

victo-

victoriis, & aliis meritis mirificis partam enum-
meremus, in fontes tantæ magnitudinis atque
felicitatis inquirendum nobis videtur. Semina
virtutis natura dat, sed non ipsam virtutem &
gloriam; ars est bonum fieri, & industriæ opus
felicitas, ad quam vnum ducem natura dat, in-
genium atque indolem: cetera quæ ducant, sunt
recta institutio & studia literarum. Incredibile
est, quantum utilitatis ad Rempublicam doctri-
na liberalium artium & præclaræ disciplinæ ad-
ferant, cum ii, quos summi Numinis benignitas
in rebus lætioribus collocauit, atque in ceteros
imperium habere iussit, summa ope atque cu-
ra enituntur, ut pectus suum earum artium cog-
nitione impleant, quibus instructi rempubli-
cam capessere, eamque tutari firmiter ac stabili-
re possint. Hoc enim pacto vident, discunt, & in-
telligunt omnia, quæ egregie tradita humano
generi, ac literarum monumentis per eos consignata sunt, qui toto vitæ suæ cursu operam bo-
næ menti dederunt, & quod singulis temporis
bus in Imperiis ac Rebus publicis salutare obser-
vatum fuit, ad consequentium seculorum usum
posterioris reliquerunt. Tantos & tam præclaros
fructus literarum disciplinæ ad ciuilem pruden-
tiā & regendam Rempublicam adferunt, quæ
hoc salutare habent ac maxime frugiferum, ut

C

omnis

SLUB

omnis exempli documenta in illustri posita mo-
numento proponant, vt quisque inde capiat,
quod sibi & reipublicæ suæ imitetur, etiam fœ-
dum inceptu, fœdum exitu obseruet, quod vitet
ac abominetur. Credo, vos mecum consenti-
re, auditores, quando dixero, magnam aut præ-
cipuam partem felicitatis publicæ, qua Germa-
nia & Romanum Imperium difficillimis hi tem-
poribus inter tot bella & tumultus se conseruat,
augusti Imperatoris sapientiæ & imperandi pru-
dentiæ imputandam esse. Hanc ex præclaris stu-
diis hausit, quibus adolescentiam suam exegit:
hanc assidue auget, non tantum usu rerum ma-
ximarum, quibus in imperio exercetur, verum
etiam studiis, quibus curas regnandi recreat, &
tanquam alter Osymanduas, medicinam ex bi-
bliothecis capit: aut tanquam Augustus Cæsar,
qui quo summo studio in rem literariam erat,
ædibus suis in Palatino monte Apollinis tem-
plum adiunxit & Bibliothecam Apollineam.
Huius successor & imitator, etiam hoc nomi-
ne semper Augustus LEOPOLDVS, instru-
ctissimam bibliothecam, quam a Maioribus suis
accepit, in singulos annos tot accessionibus au-
get, vt Vindeboniensis Bibliotheca cum am-
plissimis, quas Gallia & Italia habent, contendere
de multitudine librorum, aut Codicum anti-
quitate

quitate possit. Præclare factum & Principe maxime dignissimum, quo tanto plus commodi ad Rempublicam adfert, quanto præstantior animus est corpore, & literarum virtutisque studia ceteris mortalium rebus antistant. Quo etiam plus gloriae meretur, quam vel amplissimis substructionum molibus, quanquam neque has deesse Bibliothecæ suæ augusta liberalitas LEOPOLDI sinat, qui tam pretioso thesauro, splendidissimam domum, tanquam Musarum templum, ædificat. Quo Magnum Alexandrum mihi imitari videtur, qui tanti fecit Homeri carmina, vt in pretiosissima capsâ, quam Persica gaza habebat, hunc librum, tanquam inæstimabile bonum & ceteris omnibus rebus anterendum, reponi iuberet. Videmus sic limpidissimum fontem, vnde sapientiam, quam in LEOPOLDI imperio miramur, haustam esse ac per tot regna & prouincias diffusam, non est quod dubitemus. Certi de illa fuerunt Imperii Proceres ac Electores, qui iuuenem quamvis, dignissimum omnium & maxime idoneum censuerunt, vt gloriosæ memoriæ Parenti FERDINANDO III, fatorum lege ex rebus mortalium erepto, sicut antea in ceteris regnis, ita etiam in Romano imperio & Germaniæ regno succederet. Itaque faustis auspiciis ac felicis-

licissimo fidere , quod euentus probauit , cum
decem & octo annos natus fuisset, LEOPOL-
DVS Imperator augustus renuntiatus & Fran-
cfurti ad Moenum solennissime inauguratus
fuit. Ingens omnes lætitia capiebat , & spei re-
spondebat felicissimus successus. Collisi tunc in-
ter se fuerant Reges Sueciæ atque Poloniæ , &
rursus Suecus cum Daniæ & Noruegiæ Rege.
Videbatur flamma latius per plures Europæ
Regiones peruasura , & Germania nescio quod
malum ex quorundam Principum dissensioni-
bus metuebat ; Noster autem augustissimus
LEOPOLDVS ea statim ab initio imperii
fuit auctoritate , vt per primum biennium , eius
partim consiliis ac hortamentis , partim fortitu-
dine & ostenso exercitu , quæ disrupta erant
componerentur , & duo vicini Reges , Polonus
atque Danus adhuc grauiter ex Regno Sueciæ
concusfi , & tantum non subuersi , LEOPOL-
DO auctore stabilirentur , vt sine adulazione il-
lustris Poeta Cæsari gratulatus fuerit , tot annos
illum regnasse , quot Reges restituerit , Cæsar is
esse annos suos ita numerare . Augebat felici-
tatem seculi , quod sub idem tempus , diurna
bella , quæ Gallos inter & Hispanos gesta fue-
rant , Pyrenæa pace auspicato finita , & pax ubi-
que per Europam restituta fuit , & sanctis foede-
ribus

-2101

ribus religiosissime corroborata. Britannica quoque Regna, intestino tumultu agitata, tunc usurpatore sublato, ad legitimum heredem reducebantur. O felicem ætatem, & verissime dignam, quæ cum aurea Augusti Cæsaris conferretur, qui pacato terrarum orbe, ter Ianum Geminum, indubitato tranquillitatis documento, clausit, quamuis multo sanguine, hoc est, ciuibus atque externis bellis, illa pax Romanis parta fuerat. Noster autem augustissimus Imperator, sine pugna pacem, ostendo tantum bello, quod pulcherrimum genus victoriæ est, diuersis regnis reddidit, & auctoritate sua etiam ad alios contulit, vt faciliorem pacificationem haberent. Deum immortalem! quanta spes futuri temporis ex tam auspicatis initii renata erat? Quantam felicitatem sibi in posterum quisque promittebat? Ut vero sunt res mortalium, tam felix cursus secundæ fortunæ, Turcorum invasione, sed maiore cum ipsorum damno, suppressus quodammodo aut interruptus parumper fuit. Operæ erit pretium, vt ab ipsa origine repetamus, vnde tempestas orta fuerit, quæ Hungariam vastabat, & terrorem ipsi Germaniæ nostræ inferebat. Veteris Daciæ pars maior & opulentior, quam Transiluaniam appellamus, maiorum ætate ab Hungariæ Regno vi ac

D

fraude

-imod.

fraude auulsa, Principi parebat, qui in fide ac cli-
entela Turcorum erat. Cum vero Poloniæ
Rex, vt modo diximus, a Suecis premeretur,
Transiluanus quoque hostibus eius accesfit, vel
vt prædam opimiorem ageret, vel vt Regi fu-
gituo, si fata ferrent, succederet: spe autem fru-
stratus sua, & ingenti clade adfectus, Turcorum
quoque indignationem incucurrit, quibus inui-
tis ac inconsultis hanc expeditionem in Polo-
nosingressus fuerat. Hoc itaque expulso, & Va-
radino Maiore, valido munimento in Hun-
gariæ finibus, expugnato, patentiorem vi-
am in illud Pannoniæ regnum & adiacentes re-
giones sibi Turci aperuerunt. Intelligitis sic, au-
ditores, quam ex propinquo periculum impen-
derit, cui depellendo & paci conseruandæ o-
mnem industriam omnesque curas prouiden-
tiissimus intendebat Imperator, nihilque præter-
misit, quod ad tuendam tranquillitatem & nouo
foedere confirmandam ficeret. Quæ vero fi-
des, quænam religio barbaris inest? quod mini-
me putassetis, inopinato aduolabant hostes, &
Neuhuselio capto, quod munitissimum oppi-
dum ad Nitram est, tanto furoris ac audaciæ
processerunt, vt VVaga amne traiecto, in Mo-
rauiam vsque excurserent, ferro & igne vastan-
tes, quidquid obuium habebant; nec exiguum
homi-

hominum numerum in seruitutem miserabilem raptarent. Hoc vno impetu & vna quasi procella, antequam copiarum satis conscribentur, multa Hungariæ perculsa & prostrata fuerunt, quæ inuictissimus Imperator breui post tempore erexit singula atque ita restituit, vt vndique collecto milite, non tantum limitem Germaniæ contra quasuis incursiones tueretur, verum etiam in Hungaria barbaros hostes bis iustis proœliis superaret, semel ad Leuenzam, iterum ad Rabum fluuium iuxta S. Gothardi fanum, vbi ferociam illorum vsque eo concussit atque fregit, vt nihil salubrius sibi quam cessationem armorum atque inducias existimarent, eisque ad viginti annos paetis ex Hungaria Christiana discederent. Quo tempore etiam augustinissimus Imperator noster vtilissimum cepit consilium, vt Comitia Imperii perpetuo haberentur, quo citra moram conuocationis de Republica in quoquis subito casu consultari recte, ac consulta statim ad tutandam imperii securitatem expediri feliciter possint, nec amplius hostes celeritate sua & incursione improuisa damnum Germaniæ, vt antea, inferrent. Et ne in posterum aliquando patriæ meæ Silesiæ, aut vicinæ Morauiæ, a Turcis ex Hungaria periculum esset; prouidus Rex & Imperator nouum muni-

mentum LEOPOLDOPOLIM ad VVagam flu-
vium exstruxit, vt sic ex omni parte securitati
Germaniae consuleret. Noua pax nouam feli-
citatis spem omnibus adferebat, nec illam ina-
nem, sed per sex annos & amplius Germaniae a-
bunde fructuosam. Non autem in fatis erat, vt
diuturniori pace vniuersa Germania frueretur,
quod ita credo constitutum fuisse, vt magnus
Imperatoris animus maiorem occasionem ha-
beret virtutis suæ maximæ in vtraque fortuna,
& in aduersis æque ac secundis rebus, tanquam
in theatro orbis terrarum, ostendandæ. Non
par virtus gubernatoris est, cum placido & cum
turbato mari vehitur. aduersi aliquid incurrat,
oportet, quod peritiam eius & regendæ nauis
prudentiam ostendat, cum ex hieme illam &
scopuloſo mari seruauerit. Bellum omne dete-
ſtabile est, quod honoris cupiditate & finium
promouendorum cauſſa ſuscipitur; at quo de-
fendimus patriam, patriæque libertatem, id ve-
ro honestum & pulchrum eſt, cuiusmodi ſunt o-
mnia, quæ ab inuictissimo Imperatore per tot
annos geſta fuere, hodieque pro libertate ingen-
ti animo & maximo ſumptu atque copiis gerun-
tur.. Boni patrifamilias eſt incendio in vicinis
exorto ſuccurrere ac identidem prouidere, ne
id latius ſerpat, & in suas etiam ædes transuolet.

Non

Non familiæ, sed patriæ communis, Germaniæ
pater, augustus LEOPOLDVS cum glorio-
sæ memoriæ Heroe FRIDERICO VVIL-
HELMO, Electore Brandenburgico, exerci-
tus in limitem eduxit, cum graue bellum in vi-
cinis oris exarserat. Fœderati enim Belgii Or-
dines a quatuor simul hostibus impetebantur,
nec in exiguo rerum suarum periculo erant, tot
vrbibus ditione captis, & victore hostis exer-
citu iam ad Batauiæ interiora procursante. Pri-
mus fuit Rex Magnæ Britanniæ, qui ex hostica
illa societate recessit, pro hoste sequester & pa-
cis auctor futurus: peruicacissimus autem belli
persecutor Rex Galliarum erat, qui, vt solitus
bella ex bellis quærere, inde in Germaniam in-
vasit, & VVestphaliæ, Franconiam, ac Rhena-
num tractum peruagatus multum damni attu-
lit, plus allaturus, nisi vtroque exercitu, Cæsareo
& Brandenburgico, coercitus & in angustias sæ-
pe redactus fuisset. Tractum tamen bellum, per
aliquot annos fuit, nec vero ex voluntate & vo-
to Gallorum gestum. Non mediocrem enim
cladem ad Senefam Flandriæ passi, altero anno
ad Rhenum veterem militiæ magistrum, Du-
cem Turennium, tormento a Cæsareis perem-
ptum, amiserunt, nec longe post Rhenano pro-
pugnaculo Philippiburgo excedere coacti fue-
runt.

E

SLUB
Wir führen Wissen.

runt. Tandem compositum bellum Nouio-
magi fuit, & iterum spes futuræ, eiusdemque
stabilioris securitatis, ut credebatur, in Germa-
niam & vicina Regna reducta. Hæc magna, au-
ditores, in alio quoquis Principe fuissent, si vero
cum virtute nostri LEOPOLDI conferan-
tur, imparia vtique censenda sunt, nec illam;
quantacunque etiam videantur, exæquare pos-
sunt. Magnum virum & magnis virtutibus mu-
nitum fortuna non in deliciis habet: prætentat
pectus eius, ac dubiis aduersisque rebus sæpius,
quam alios, exercet, ut magnus animus & sin-
gulare virtutis robur cum eximia sapientia ha-
beant, quo se ostendant omnibus, & veræ feli-
citatis, veræque gloriæ viam per aspera & dura
sibi præparent, eamque, vt pérpetua sit, gesta-
rum rerum magnitudine obfirment. Ut igitur
maximus esset LEOPOLDVS, & tantus et-
iam, quantus erat, appareret, maximo grauissi-
moque periculo non tentandus amplius, sed
quaſſandus ac vehementissime oppugnandus e-
rat. Turcorum perfidia, quæ vel ipsorum mali-
tiæ, vel aliorum exstimulationi imputanda est,
in cauſſa fuit, vt nouis periculis Germania expo-
neretur.. Nondum vicennales induciæ, de qui-
bus diximus, exactæ erant, cum pacis amantissi-
mus Imperator illarum prorogationem per le-
gatum

gatum postularet, qui vero variis dilationibus tam diu retentus fuit, donec exercitus numerosus, nec opinato impetu, Viennæ mœnibus, disrupto induciarum foedere, (nondum enim finitæ erant) admotus esset, quam principem Germaniæ urbem & imperatoris sedem acerrime tormentis, machinis, subfussionibus, & creberri- mo in muros adsultu, sed semper irrito, immannissimi hostes oppugnauerunt. Tum demum, si vñquam alias, luculentissime apparuit, curæ Deo pietatem esse ac iustitiam, & foederum in- violatam conseruationem, cuius prouidentia factum fuit, vt Cæsareus exercitus, qui in Hungaria erat, hostes properantius ad urbem pergentes sentiens, pari aut maiore festinatione in altera ripa præuerteret, & quanto satis ad defen- sionem erat, urbem præsidio communiret, sine quo si relicta illa fuisset, vtique faciliustanta barbarorum multitudo expugnare eam potuisset? Magna quidem præsidiariorum fuit virtus, præ- cipue, qui rexit illos, Comitis Starenbergii, cuius æternum nomen, cum gloria Philippi Palatini & Nicolai Salmensis, qui eandem urbem supe- riori æuo contra Solimannum defenderant, ex æquo perennabit: attamen longe maior mul- titudo barbarorum erat, longeque atrocior illo- rum impetus, quam ut humanis viribus repelli

ac profligari potuerint. Romani gloriantur, cum Hannibal ad portas esset, & tertio ab urbe lapide castra haberet, Deos restitisse, & diuinitus hostem submotum, neque cælo, sed ab urbis ipsius moenibus vim imbrium effusam, & fulmina ex Capitolio coniecta videri potuisse. Facessant Romanorum commentitii Dii. Viennam mirifice, & sane diuina ope, a grauisima obfidione liberatam esse, non est quod dubitemus, cum neque tot exercitus, qui auxilio venerant, Cæsareus, Polonicus, Bavanicus, Saxonicus, & collectitius Circulorum, vel dimidiā hostium multitudinem, adæquare potuissent, sed LEOPOLDO, tanquam altero Theodosio, precibus Deo supplicante, vicerunt Christiani exercitus, & hostes Panico terrore perculsi, relictis opulentissimis castris in fugam se præcipitem dederunt. Nec vero ita effugere potuerunt, quin plures cæderentur, plures caperentur, ceteri sine pugna, sineulla damni illatione satis haberent, si persequentium manus euadere vel concitatisimo cursu & confusa præcipitatione possent. Onimum dilecte Deo LEOPOLDE, cui æther militat, & hostes humana ope insuperabiles, diuino auxilio vincuntur, fugantur, prosternuntur. Cælo etiam imputamus, quod cum ducentis annis nihil eorum recuperari, quæ Turci rapti
pue-

puerant, potuisset. Nunc Viennam liberatam
tot munitissimæ vrbes & castella, tot regiones,
immo tot regna sequebantur. Primo impetu
Strigonium, vrbs Archiepiscopalis, receptum.
Neuhuselium, Buda, Taurunum vi & armis ex-
pugnata: Canisiam, Agriam, V Varadinum, &
nuper Gyulam, fames ad deditio[n]em compulit.
Et quis singula recensebit? summam rem com-
plectar: in Hungariæ regno, quam longum
etiam est, nullum oppidum Turcis, nullum
castrum relictum, etiam totum Sclauoniæ re-
gnum ereptum iniustis possessoribus, & ad Hun-
gariæ Regem, cuius olim fuerat, tandem ali-
quando reductum fuit. Quid vero de proœlio-
rum euentu dicemus? & hic Deus adfuit, qui nu-
mine suo Christianos protexit, & Turcos, quo-
ties congressi fuerunt, in fugam dispulit. Pensâ-
vimus superiorum temporum clades, ad Moha-
zium, & alibi locorum inauspicatis proœliis acce-
ptas, egregia eodem loco victoria, quam mul-
tos cæsos audiuimus ad Salankemen & aliis lo-
cis? & nuper a Petrovvaradino hostem cum in-
genti illius damno reieciimus. nec finem habuis-
set victoria per Seruiæ regnum in Bulgariam
progressa, antequam Turci Europa eieci fui-
sent, nisi, quod detestandum, inuidorum quo-
rundam, qui Christianos se profitentur, malitia

F

obsti-

obstitisset, qui contra foedus, quod paulo antea
inuerant, in Germaniam irruptione facta, & an-
tiquissimis ad Rhenum vrbibus, Romanæ anti-
quitatis monumentis, funditus euersis patriæ
prouidum Imperatorem **LEOPOLDVM**
adegerunt, vt diuidet copias & vtrique hosti
pari fortitudine obuiam iret. Vt Romani Han-
nibal's bello etiam in Macedoniam, Hispaniam,
Africam, & Sardiniam exercitus miserunt, vno
tempore suis hostibus animi magnitudine tot
diuersis locis sufficientes: ita augustissimus Im-
perator in Hungaria, vtraque Germania, & Ita-
lia Subalpina validos exercitus habet, quibus e-
undem exitum belli, qui Romanis in Punico e-
rat, hoc est certissimam ac nobilissimam victo-
riam auguramus. Sed quo abripior? non solis
bellis pro patria gestis ac gerendis **LEOPOL-**
DI stat gloria: in toga quoque non minus illa
quam in bello clara est. Primum coniugium
cum Hispaniæ Regis filia, etiam alterum cum
Gentili Austriaca, auspicio vtrumque initum,
& ceteris rebus felicissimum vtrumque, hoc
tantum incommodi habuerunt, quod tot pro-
vinciis ac regnis nullum heredem progenue-
runt. Tertium vero **AVGVSTAE** Palatinæ,
Dominæ nostræ clementissimæ, sterilitatem su-
periorum vberime pensauit, edito **FILIORVM**


-ido
SERE-

SERENISSIMO PARI, ex quorum indole ac ingenio incredibilem lætitiam capit Pater LEOPOLDVS. Maius quo quis triumpho & illustrius est, quod IOSEPHVM, natu maiorem Filium, Hungariæ, finibus mirum quantum prorogatis ampliatæ, Regem videt tenerum creari; maior adhuc lætitia fuit, cum eundem vidit REGEM ROMANORVM solennissime inaugurarī; cumulat lætitiam indoles CAROLI alterius Filii, Fratrem Regem, quantum per annos licet, cupidissime æmulantis, quo gemino fulcro augustæ suæ Domus optimum Imperatorem necessum est vehementissime laetari. Percepistis sic, auditores, quantus Imperio Romano & Germaniæ sit Imperator LEOPOLDVS; quanta cura, quantoque sumptu in id incumbat, ut profligatis hostibus, pacem ac tranquilitatem omnibus restituat: quantum constitutione Regis Romani prospexerit, ne aliquando turbarum aut incommodi aliquid patria ex successione capiat. Quod igitur omnium est, & nostræ quoque Fridericianæ, quæ omnia sua ornamenta liberalissimo huic Imperatori debet; id cum primis ego sentio & patriæ meæ dulcissimæ, hoc est Silesiæ, officium esse, quæ non minus habet, quam aliæ prouinciarum hereditariæ, cur benignissimi LEOPOLDI clementiam & pa-

ternum in suos adfectum perpetua laude prædicet. Quin ergo vota coniungamus hoc auspicatissimo natali die, quo vniuersa Germania lætatur, quo Hungaria, Bohemia, Austria, Silesia gratulantur, quo cuncta Sociorum regna & res publicæ communi se lætitia impertiri cupiunt. Video vos paratos esse, vt voto & adfectu me sequamini. Præibo igitur cunctos, & bona verba, quæ pietas, quæ subiectio suppeditabit, quod feliciter vertat, edisseram. Aeterne Deus, tuum munus est, tuumque ingens beneficium, quod augusta Domus Austriaca floreat, quod de hostibus suis triumphet, quod per tot secula continentis habeat ordine, qui Germaniam nostram regant, & contra quosuis hostes ac inuasores libertatem illius tueantur ac defendant. Tibi itaque gratias agimus, perpetuoque agemus, & in futurum vota nuncupamus, & felici euentu potiti maiori laude beneficentiam tuam prædicabimus. Serua ergo quæsumus, augustum Imperii Caput LEOPOLDVM: hostes illius dispelle, victorias adauge, felicitati cumulum adde, vt vltor perfidarum gentium, & vniuersæ Europæ pacator & liberator celebretur. Serva AVGVSTAM IMPERATRICEM, vt Imperii curas Mariti maximi, suauitate sua leuet atque dulcissimo consortio recreet: serua sere-
nissi-

nissimum florentissimumque Regem IOSEPHVM, inspem Imperii atque Regnorum adolescentem. Serua etiam CAROLVM, in subsidium fratris Regis genitum : serua serenissimas FILIAS, augustissimorum Parentum gaudium atque delicias: serua & confirma optimi Imperatoris cum Electoribus & Principibus Imperii concordiam, vt vno animo vnoque consilio agant, quod salubre & frugiferum est, & communis patriæ publicam rem & communem utilitatem auget. Fortunare perge externas Societas Regum & Rerum publicarum, vt pro pace restituenda, quisque suum conferat, fortiter pugnet, & feliciter triumphet. Da robure exercitibus, da ministros fideles, vt publicæ utilitati omnes consulant: da omnia, quæ Principis Christiani & tanti Imperatoris vota & desideria possunt esse. Denique effice, o Deus optime maxime, vt florente Imperio atque incolumi Germaniæ statu hic natalis dies quotannis iucundior lætiorque nobis recurrat, & felicitas

AVGVSTAЕ DOMVS consuminetur
perpetuitate.



ERGO nunc eis quod tu ait oportet
obtemperare. Et tunc dicitur IESUS
AD JUDEUM. Vnde CATHOLICVS
dicitur. Et dicitur IESUS. HOC
ESTI MENSAGRIS TIBI. ET QVOD
PER PETRUM ELEGITUR. ET PATER
BENEDICTVS CONCILIUM. Vnde O VATICANVS
EST. Et dicitur IESUS. HOC
EST COMMUNIA PONTIFICIS. ET COMMUNIA
MUNICIPALIS. ET QVOD EST COMMUNIA
SOCIALIS. ET QVOD EST COMMUNIA
PACIS. ET QVOD EST COMMUNIA
PONTIFICIS. ET QVOD EST COMMUNIA
PATER. ET QVOD EST COMMUNIA
CLERICORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
CLERICORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
CHIRURGORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
DOCTORORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
LITERATORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
ARTIFICORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
MUSICOVVM. ET QVOD EST COMMUNIA
ARCHITECTORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
PONTEORVM. ET QVOD EST COMMUNIA
PONTIFICIS.

